

**CONSELLO DA CULTURA GALEGA
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA**

7

974, abril, 22.

Doazón que Apala lles fai á Igrexa de Mondoñedo e ó seu bispo don Teodomiro da vila Athani na ribeira do regueiro Guade, da vila Curbelarios e parte da vila de Santa Baia, na faldra do Monte Negro.

A, perg. irregular de 180 x 485 mm. Letra carolinixia, que podería indicar que non se trata tanto dun orixinal coma dunha copia algo posterior.
Ref.: FLOREZ, vol. XVIII, p. 106.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis cuius laus et gloria permanet iugis in omnibus exstat mirabilis qui misericorditer homini conferre dignatus est ex quo creatorem suum humiliter honorari et mente de / uota placari possent hec benigne disponente prouidentia diuina non quo ipse aliquod egeat donum quod omnia in omnibus est set ut offerentis respiciat placabilem et bono desiderio concessionis sacrificium ideoque ego Apalla audiens / scripture diuine oracula et ad inplendum aliquantulum cupiens ut tibi omnipotenti Domino puris mentibus de quod mihi attribuisti redderem euenit per sanctum tuum Spiraculum cordi meo propter remedium anime mee ut sub nomine sancte et eximie Trinitatis / tue facerem testamenti scriptum in honorem sancti Martini episcopi quorum uenerande et desiderabiles reliquie dinoscuntur manere in Mendunieto dumensis sedis prouincie Gallecie. Ego iam sepe dicta Apalla dono et confero iam dictum / locum mee moderitatis sunptibus ad aulam uestri honoris(?) nuper patrata ex paupertatis mee vnde aut candela uestro altario possit perheniter ministrari aut clericos in ipsa domo dormientium uel cunctorum ibidem aduenientium / sit sine contamine subuectio gratuita sicut iamdesuper contexuimus offero per partem idem ecclesie sancte et pontificem in ipsam cathedralem sedem erectum domnum Teodemirum episcopum id est quod nuncupantur uilla Athani ripa riuulo Guade per / suis terminis secundum illum obtinuit Saurius Gutierrez siue pomares qui sunt in uilla Argenti seu et in uilla Curbellarios uel ubicunque sors habuit quomodo diuidet cum uilla Baruncelli et de alia parte diuidet cum uilla Modari. Adicio / namque ad hunc locum sanctum quartam integrum de uilla sancte Eulalie que est in latere Monte Nigro cun cunctis prestacionibus uel adiacentiis suis quantum ad ipsam uillam pertinet et omnia que desuper taxauimus partem propter redencionem anime uirum meum Fafila / nem offerimus partem offertionem a domno Teodomiro episcopo accepimus pro nominato mulo castaneo ualente solidos Cm.Vniuersa subprenotata ecclesie uestre sancte ab hodierno die et tempore omnia confero et dono ut ibidem iugiter permaneat per secula / cuncta. Si quis tamen quod fieri minime pertimesco, hunc meum factum infringere uel inmutilare temptauerit in primis sit excommunicatus et alienatus ad Corpus et Sanguis Domini nostri Jesu Christi atque anathema maneat in conspectu Domini et cum Iuda Domini / proditore accipiat partem in eterna damnatione et insuper dampno seculari afflictus pariet pro parte eidem ecclesie auri libras bis ternas et hunc factum meum firmum atque stabilitum permaneat in omni robore atque perpetua fir/ mitate. Facta series testamenti decimo kalendas maii Era xii post milesimam.

Ego Apalla in hanc scripturam testamenti quem in honore sancti Martini episcopi fieri uolui manu mea (*Signo*)

(1^a col.):

Ego Saurius prolis Fafilani in hac scriptura manu mea (*Signo*)

Fernandus Didaci gener Fafilani et Apalle quod malui manu mea (*Signo*)

Froila Uigilani confirmat

Rodericus Uelari confirmat

Geelus Mereli confirmat

Ouetus Goteri confirmat

(2^a col.):

Nunus Mirelli confirmat

Garsee Enneganii confirmat

Atenar Princeps confirmat

Garsea Petri(?) confirmat

Mirus Rex confirmat

(3^a col.):

Sub Christi nomine Didacus ouetensis episcopus confirmat (*Signo*)

Sub Christe uirtute Salbatus salamanticense episcopus confirmat

Petrus diaconus prolis Pelagii Fortis diaconus Adefonsi filius confirmat

Ueremundus diaconus Sanxionis prolis confirmat

Gontricus domni Terci maiordomus confirmat

Suarius diaconus primiclerus confirmat

Ensemenus primiclerus confirmat

Sendinus presbiter puricelli confirmat

Aldefonsus diaconus eronificus(?) confirmat

(4^a col.):

Nunus Albari confirmat

Gutier Munionis confirmat

Menendus Didaci confirmat

Petrus Pelagii confirmat

(5^a col.):

Emanuel confirmat

Eidimirus Cerucial de Prauia confirmar

Geloira Deo dicata confirmat

(Reverso):

A L IIII. Karta de Villarenti et de Athay. Pribilegio de una reina que por reberencia de las reliquias de Sant Martino le dio ciertos bienes en Vilachan y otras partes.